Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26117
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Q sit in loco esse.

temporis. hē querit cū deus ubiq; sit totus. quom
dicat esse totus alicubi. Quod enim ē totū alicubi.
illi pars nulla ē alibi. Omne ąppe qd loco cinet.
tribus dimensionibus scilicet longitudine. lati
tudine. altitudine. p spaciū distendit. & sex
circū statūs uidelicet supra & infra dextra & sini
stra ante & retro circūscribit. Sed omnis dimen
sio & circumscriptio longe adeo remouetur.
quispē esse scribit. Sciendū vero qd tribus mo
dis dicimus esse. Omne ąppe qd est aut ē in lo
co localiter: aut in loco illocaliter: aut extra
locum illocaliter. In loco localiter ē corps.
qd locum sua mole occupat. & aliud eodem
tempore ibi n̄ sinit esse ubi illud ē. Verbi grā.
Vinū in utre totū spaciū interius occupat. & ate
rū n̄ potest infundi nisi uinū effundatur. In lo
co aut illocaliter ē anima incorpore. quę nullū
locū ibi occupat. sed illud illocaliter uiuificat.
& sensificat. & n̄ ē ops ut recedat dans locum
cibo uel potui ut introeant. Extra locū uero
illocalit ē ds. in se ipso simpliciter omnia loca
continens equalit. & omnia tempora circūclu
dens p̄sentialiter. Igit ubiq; ē totus. quia est
substantia. & racio. & causa. locus. spaciū. &
terminus omnium.